Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



creatoris eius nobis sui fieri unum cristas. Et statuerunt duos. ioseph
qui uocabatur barsaban qui cognominatus est iustus. et mathia.
et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium. ostende quem
elegeris ex his duobus unum. accipere locum ministerii huius et apostolatus.
de quo praeuaricatus est iudas ut abiret in locum suum. Et dederunt sor
tes eis. Et cecidit sors super mathiam. Et annumeratus est cum
undecim apostolis. ℣ Gradum.

In illo tempore. Dixit iesus duodecim discipulis suis. Per
viam gentium ne abieritis et in ciuitates samaritanorum ne intraue
ritis. sed potius ite ad oues que perierunt domus israel. Euntes autem
praedicate dicentes. quia appropiauit regnum celorum. In firmos curate.
mortuos suscitate. leprosos mundate. demones eiicite. Gratis acce
pistis gratis date. Gregorius pp. Ecce sacerdos in. ew. Homo
quidam nobilis abiit. benedicti abbas.

Rigabo ortum meum plantationum. et inebriabo partus meos fruc
tum. Et ecce factus est mihi trames habundans. et fluuius
meus appropiauit admare. qm doctrinam ante lucem illuminabo
omnibus. et narrabo illam quasi inlonginquum. Penetrabo in
feriores partes terre. et inspiciam omnes dormientes. et illuminabo
sperantes in deo. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. et
relinquam illam querentibus sapientiam. et non desinam usque gemes
illoz. usque in eum sum. Videte qm non solum mihi laboraui. sed
omnibus querentibus ueritatem. In his placatum est spiritum meo. quae sunt
probata coram deo et hominibus. concordia fratrum. et amor proximorum.
Ewn. Dixit s. p. a. i. Ecce nos reliquimus. In annucia domi
Michi illi. Facta est super. i. Ezechielis xpe.

me manus domini. et eduxit me in uisionibus dei in terram
israel. Et dimisit me super montem excelsum nimis. super quem erat
quasi edificium ciuitatis uergentis ad austrum. Et introduxit me
illuc. et conuertit me ad portam que respiciebat ad orientem. et
erat clausa. Et dixit dns ad me. Porta hec clausa erit. non